



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 38. Sessio XXV. Basileensis Synodi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. alias, quam olim a Patribus propositas
 A.C. 1437. urbes admittere, obfirmato prorsus ani-
 mo decernebant. Ut autem hoc eorum
 propositum eo firmiter constaret, illud
 solemniter decreto munire statuebant, hanc
 que ob rem Sessionem vigesimam quin-
 tam celebrabant.

§. XXXVIII.

Sessio XXV. Basileensis Synodi.

Labbe Conc Habita est die Martis septima Maji Basileensis Synodi Sessio vigesima quinta; pro cuius auspiciis Patres quemdam Prælatum nominabant, qui divina perageret, exclusis ab hoc sacro munere Papæ Legatis, eo quod reclamantibus Synodi Patribus eorum, quæ propositæ, scripturam confecerant, eaque veluti Synodale decretum haberi postulassent.

§. XXXIX.

Decretum de loco Concilii pro Græcis celebrandi.

Spond. ad hunc an. n. I. Per solutis aliis de more solemnibus, Basileenses, condito, cuius mox meminimus, decreto sanxerunt, vel Basilea, vel Avenione, vel denique in quadam Sabaudia urbe, celebrandum esse generale Concilium.